Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ibi prorsus pñtis glorie expectatur
incrementum. Sed augmentum scilicet cum
omnium universalis erit resurrectio mor-
tuorum. Ibi tunc corpus animabus beatorum simul
cum anima percipiam gloriam quam nunc sola pos-
sidet anima sine interminabili possidebit.
Quis autem angelorum vel hominum quanta
sit minor particula gaudiorum et glorie
que ibi sunt esset sufficiens enarrare
Quis esset intellectus ad hec intelligen-
dum ydoneus que nec oculus vidit
nec auris audivit nec in cor hominis ascen-
dit. Certe si hec quanta sint gaudia
considerentur terrena omnia viliora cum
sordere apparebunt. Si hec temporalis vi-
ta illi comparetur. hanc quilibet homines
extinguere quam citius poterunt ardescere ut
illius capax efficiatur. Hec vita caduca
ca et momentanea respectu illius mors potius
est dicenda. Omnis mundi fallax et vana
leticia. pondus amarissimum et gravis sar-
cina. Hanc quippe sarcinam deponens
hyeronimus sacratissimus optimam illam
elegit partem que ab eo nullo tempore
auferetur. Rogo gaudete et exultate
cantate et psallite quia pater noster gloriosus
navim plenam celestibus divitiis eternisque
mercibus iam concupito in littore collocavit

58